Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

predicatorum ordo mutatur:/Bene autē angl̃s anglm
sequit̃ · quia eadem annunciat./Ille enim dixit quia
uenit hora iudicii eius. hic autem dicit · cecidit cecidit babylon./Homine autem babylonis confusio
mundanę conuersationis intelligitur:/Due quippe
ciuitates sunt in hoc mundo idē iherusalem quę
habe regem xpm. & babylon/quę habet regem nabuchodonosor: idest diabolum./Quarū una cepit ab abel
altera a cain. Vna ē corpus xpi. altera corpus diaboli./
Cum autem dicunt sci predicatores/cecidit cecidit
babylon. preteritū tempus ponitur: p futuro/cecidit
uidelicet pro eo quod ē casura. uel cadet in ęternā
scilicet damnationē quo diabolus cum omnib̃ suis
membris damnabitur: cum aduenerit. ite in ignē
ęternum/qui paratus ē diabolo & anglis eius./Ad
autem angl̃s/idest predicatores ruinam p fidę
ciuitatis congeminando denunciat. p confirmatione rei facit idipsum. aut certe nunc simul cum
ipsis reprobis/omnem eorum gloriam perituram
demonstrat. iuxta illud./Peribit mundus & concupiscentia eius./Ac si diceret./Et secularis gl̃a & amatores eiusdem. temporalis gl̃ę partier cecideruntⁿ/
Magna dicitur hec ciuitas/pter innumerabilem
reprobę multitudinē uel pter enormitatē uiciorū./
Vinum autem fornicationis intelligunt̃ omnia uicia
& peccata/quibus reprobi alios inquinant./Precipue
autem philosophi & principes huius seculi. omnes
subiectos debriant uino erroris. unde & sensum ab
eis auferunt. ut relicto creatore creature seruiant./